philosophie. Consuetum est: et cōmuni usu concessum atq; ab ipsius orbis ortu factitatū: ut magis afficiamur propriis q̄ communibus rebus: quod idē fatebimur omnes: nisi malimus magnifica loqui q̄ consueta. Sin autem ideo habes infēsam auariciam: q̄ ea importet secum multorum dampna: q̄bus parantur diuicie: mercaturam quoq; et q̄cq̄d est aliud in quo lucrum queritur: oderis necesse est. nullum enim fit lucrum sine alicuius detrimento: cum quicquid emolumenti uni additur: detrahitur alteri. Nam q̄ extremo sermone tuo inuidiam queritās: in auari causa affirmasti: senes potissime in eam labi. Id ego laudi dandum puto: neq; iudico etatis uicio euenire: sed prouidentia. Cum enim senes tanq̄ qui emensi procellosum pelagus iter conficerint tempestatibus plenum: uersēt animo discrimina ac pericula quæ nos circūstāt: et egestates quæ premunt: ad hec autem ꝓpellēda nouerint pecuniam q̄ plurimum prodesse: ueriti ne in easdem recidant: quas experti sunt difficultates: querendo ac seruando sibi prospiciunt et suis ac ueluti usu edocti ea preparant adiumenta: quæ precipua et utilia ceteris cognouerunt. Non igitur imbecillitate animi: sed firmitate: non errore sed prudencia experientiaq; rerum magistra comparant pecuniam: ut firmissimum tutissimumq; presidium ad inopiam, egestatem, egritudines: reliquasq; mortalium calamitates ꝓpul-

ſandas. Qz obrem non uidentur mihi ſenes errare
ſi querunt ſi parcunt: ſed ſumma uti ſapiencia. Qz
ſiquis etiam ſenilem auariciam turpem duceret:
non hominis conſilium qui cōmunit ad inſpatos
improuiſoſq; caſus: ſed nature fragilitatem decet
culpari: que tot nos diſcriminibus ſubiecit: tot ad
dixit neceſſitatibus: tot difficultatibus circūdedit:
quarum rerum niſi inaniter et uerbis: magis q̄
re uelimus philoſophari: a diuiciis neceſſe eſt ſuf
fragia poſtulentur. Ita non tantum naturalem:
ſed utilem et neceſſariam rem quandam conſtat
eſſe in homine auaricia: que docet ut iis ſe rebus
muniat quas cognouit firmiſſimas ad ſuſtenta
dam nature humanæ fragilitatem: et incomoda
euitanda. Quod autem in Virgilii fabula auari
cie deſcriptionem uoluiſti contineri: in quo pluri
mum uerborum effudiſti pericula atq; inepta in
uidetur: non tua ſolum ſed et ceterorum quoq;
curioſa & indigna docto uiro interpretatio qui
ſimilibus fabellis aliud preter animi delectationie
queſitum putatis. Nam ſi eoſdem uerſus ī mea
ſentenciam traducere uoluero nullo negocio oſten
dam auariciam illis deſcribi: non magis q̄ luxu
riam: ſuꝑbiam crudelitatem. Itaq; contempſi ſem
per hanc inſiuſam auctoritatis & ſapiencie ſuſpi
tionem: quam non nulli ſunt ſuperſticioſa ambā
ge poetarum fabulis intercluſam ſuſpicantur:
cum & ipſe Seneca etiam dicat hoc eſſe ꝓpoſitum

poetis: ut oblectent aures & fabulas conectant. et
Quid est enim uanius (quod cuidam etatis uire
uiro accidit) q̃ existimare aut Plauti aut Teren-
cii reliquorumq; fabulis aliquid occulcius aut et
obscurius sub alienis personis significari: quas ad
mulcendas populi aures inuentas et edilibus ad
ludos celebrandos sciamus uendi solitas. Q̃ obre
istis tuis tanq̃ tragediis quas nullo fundamento
in auariciam concitasti: Nihil digne responderi
potest: nisi te explicanda perleui fabella nimis ac-
curatam ac uerbosam diligenciam attulisse: in
qua meo iudicio omnem opam perdidisti. Que
cum ridens dixisset: atq; omnes Andream intuete
tur: cuius uidebatur iam mimus ut Antonio res-
ponderet: q̃q̃ inquit ille silendi ꝓpositum erat mo-
uit me tamen indignitas defensionis impotentis-
simi mostri ut non sit ulterius taciturnitati loc̃. Andreas
Deinde subridens cetera quidem non ex animi
sentencia: sed aliorum gratia reor: Antonium et
disseruisse: q̃ uero senum auariciam defendit:
propriam agere causam uisus est. Vir quidem
doctus & prudens cum legerit apud Terencium:
nos etate fieri attentiores ad rem paulo q̃ sit ne-
cesse uerituf ut cum senex sit auari suspitione
subeat: senilis tutelam suscipit auaricie. Vt at
quendam graecum scriptorem accepimus laudasse
Dyonisium siculum pessimae uitae tyrannum:
Platonem uero sanctissimum uirum uituperasse

ad eloquencie exercitationem. Ita et te uideo hoiem
liberalissimum id uicium defendendum suscepisse: quod noueris esse pre ceteris oppugnandum. Non enim in excusationem eius hec te dixisse certe scio: sed accusationem: ut pspectis rationibus tuis maior mihi tribueretur facultas: que á te sunt disputata refellendi. Nam te q̃dem Antoni uirum liberalem procul esse nouimus: ab omni non solum crimine auaricie: sed suspitione: siquis dixerit cupidum: fortasse non mentietur: tum id absq; uitio possit contingere. Hoc in loco duo mecum recognoscas uelim in quibus mihi labi uisus paulum es. Primu an scite cupiditatem & auariciam duo uerba sensu diiuncta ita posueris: ac si idem significarent. Deinde (nam alia post uidebimus) an satis recte censeris auariciam ee secundum r naturam. Aliud sane significatur nobis auaricie nomine: aliud cupiditatis. Omnis enim auarus ardet cupiditate: sed non omnis cupid' auaricia. Siquis me cupidum dixerit. Siquis item omnis bonos uitos: non negauerim: cum sint quedam naturales cupiditates ut philosophi uolunt: quæ absunt longe á culpa sicuti habendi ea quæ suppeditent ad uiuendi rationem & decorem: ut cum quis victum et uestes necessarias concupiscit: siquis pecuniam cupiat ad r usum uitæ necessariam: ad beneficenciam: ad

liberalitatem ad inopum sustentationem nihil
habet in eo hec cupiditas reprehensionis: quā nō
abernabis: si dixeris naturalem. Est et alia cupi-
ditas habendi ultra q̄ deceat: plusq̄ oportet: uehe-
mens in exhausta excedens modum: que est cū
auiditate auferendi: cumulandiq̄ studio: et āi
anxietate laboris & sudoris plena in qua ver-
satur auaricia: hanc nature ascribere hominis
est pace tua dixerim: parum ipsius munera t
atq̄ opera inspicientis. Nam si ita res se haberet
ut auaricia inesset natura nobis: nimium p
fecto de illius iniquitate queri possemus: ini-
quum enim foret atq̄ indignum illa parente
rerum omnium: atq̄ effectrice natura si cum
cetera ab ea procreata constituisset donis plena
et muneribus: hōiem quem solum posuit suoꝝ
opum spectatorem quibusdam uero prefecit
inferiorem rebus omnibus á se editis reddidis-
set: ut is quem animantem effecit ac ratione
preditum: deterior ꝓpagatus esset eis quē ī ani-
mata produxit: aut carencia ratione. Contē-
pleris licet celum maria, terras, et quē eis con-
tinentur: nullum reperietur in illis auaricię
uestigium: aut umbra cupiditatis: sed redunda
bunt omnia liberalitate ac munificencia. Q̄id
enim celum quod nobis solem & lunam totq̄
luminaria uarietate distincta largitur: é qui-
bus gignendi procreandiq̄ cause prodeunt: q̄d

aer cuius spiritu uiuimus. quid aqua: quæ tot
piscium genera: tot cõmoditates nullo munere
nostro inuitata prebet: quid terra que tot fru
gum herbarum: fructuum spes: tot animãtia
ad usum nostrum producit: quæ etiam si quid
ei credideris: reddit cum usura: quid ista inquã
num nobis aliqua cupiditatis aut auaricie in-
signia prese ferre uidentur: omnia nature opa
redundant donis multiplicibus: ut illa non so-
lum liberalis aut benefica: sed etiam prodiga
esse uideatur. Quoquo uersum te uertas licet:
nihil nature rerum reperies cum auaricia coniunctũ.
Sunt enim contraria penitus longeq; semota:.
hæc largitur: Illa aufert. hæc ultro porrigit ple
na manu: illa extorquet oblata. hæc nosalit: illa
spoliat alimentis. hæc complet omnia muneribꝰ:
illa exhãrit rapiuis ut rectius quodammodo di-
ci posset cæteta ee preter naturam: per hanc u
nam naturalem: sed attende quæso q̃ ipsa ue-
ritas tecum pugnet non inficias ibis opinor:
quin ~~opinor~~ oriamur omnes naturali quodã
et infixo animis nostris appetitu: non solum
libertatis: sed etiam principatus: ut bene á nã
institui neq; alteri subesse: nec quando emine-
re ceteris cupiamus: neq; solum in nobis sed
etiam in belluis hoc apparet: quæ si quando: e
uinculis eruperunt tanq̃ in libertatem restitu-
te discurrunt ac gestiunt: nec se arceri pacium-

tur. Qui ergo uoluntariam subit seruitutem
utrum tandem naturam ducem sequitur: a
an penitus dediscit á lege naturę. Atqui nul
lum dubium est: auarum se subicere sponta
neæ seruituti: concupiscencię. Et enim seruus
est cui obtemperat: quam sequitur ducem: quā
sibi dominum constituit: ergo ipsius naturæ
muneribus aduersatur. Legi pridem nō nulla
Johannis chrisostomi: in hanc fere sententiam:
quę referre per cōmodum uisum est. Et enim
inquit omni tyranno seuerior est pecuniarum
concupiscencia: cui adducitur auarus delecta
tionem nullam habet: molestias uero plurimas:
insidias: odium, calumpnias ac omnia quæ uir
tuti sunt inimica: hec liberos seruos facit. Et
quidem seruis empticiis deteriores: neq; homi
num seruos: sed deterrimarum passionum atq;
egritudinum animi: quibus agunt ea quæ
hominibus & deo displicent. O maram seruitutem: et dyabolicum dominatum. Quo tu igitur pacto cum hec audieris tanti uiri ore plata: auariciam aut pecuniarum concupiscēcia asseres naturalem: per quam naturę ipsius precipua iura tolluntur. Q si ea esset secūdū naturam oriremur omnes auari. Producuntur enim nobiscum naturales moti atq; ita affiguntur: ut nulla euellantur arte: nulla ratione amoueantur: quemadmodum videre:

Ioannes chrisostomus

horrere ad subitum conspectum rei formidolo-
se: ad repentinum timorem pallescere. Auari-
ciam uero innasci nobiscum quis sanus dixe-
rit: pauci sunt illi quidem nec tales nascuntur
sed fiunt errore opinionis. In super que sunt
naturalia in nobis non uituperantur: nulli ei
datur uicio si aut cecus aut claudus fuerit
in lucem editus. At auaricia maximum sep
crimen iudicatum est: quocunq; in homine sta
tu dignitate. Nox me deficeret: si referre uelle
sigillatim que sunt scripta - in auariciam tu
á grecis tum á latinis doctissimis ac sapientissi
mis uiris: á quibus nullum omnino uerbum p
latum reperies: in ipsius uel laudem uel excusa
tionem: ne ab illis quidem ipsis quos retulisti
fuisse auaros habitos. Scio Aristotelem auaru
existimatum: scio etiam aliquos credidisse ad
iunxisse ad uitam beatam bona fortunæ ne si
in sola uirtute animi foelicitatem posuisset: e
rubesceret suscipere ab Alexandro ea que nume
randa in bonis minime iudicasset. Tamen nul
la in parte operum suorum scio ab eo auaricia
laudatam: sed positam in uicio & quidem á uir
tute admodum remoto: ut etiam si fuerit aua
rus: nihilominus ui compulsus ueritatis: aua
riciam in malis numerauit. At et ipse et multi
philosophorum fuerunt auari: hoc non sunt
assecuti aut mutuere: aut disciplina philoso

phie

phie: sed culpa morum et naturae depravitate.
Philosophia enim dux est et magistra vitae bn
degendae: virtutis indagatrix: expultrixq; vi-
ciorum: quae non honestat turpes res sed vitu-
perat: non tribuit auctoritatem sceleri: sed a-
dimit: docetq; appetendam esse virtutem: eiq;
contraria fugienda: ut quo quis doctior fuerit:
atq; crudelior: eo magis in eo turpia facta culpa
da videmus. Vide quantum pateat vis hone-
sti: et naturae vigor: cum tam late evagetur ava-
ricia: tam sit vulgata: tam hominibus insita
ut dicis: tamen ad hanc diem nullus extitit
aut philosophus aut rerum scriptor tam impu-
dens: qui se eius patronum sit ausus profiteri.
Quis aperte affirmaverim neminem philoso-
phum fuisse unq; avarum: qui quidem esset
dignus philosophi nomine. Nam aut carebit
appellacione philosophi: si fuerit avarus: aut si
amator extiterit sapiencie: carebit avaricia.
Itaq; acutum, perspicacem, eruditum, ingenio-
sum, doctum eloquentem eum qui sit avarus
ee concedam: amatorem vero sapiencie hoc est
virtutum bonum, equum iustum nequaq; fatebor:
misceri enim non possunt contraria: neq; una
in domo cohabitare virtus & avaricia in qua
veluti in spurcissimo ceno & fetida sentina
sordescit virtutis splendor omnis. Nam quod
in causam tuam attulisti patrocinium avaro-

Regum ac Principum: rerumq; etiam publica
rum. Non defensio criminis est: sed exagge
racio delictorum. Sed non hoc solo uicio laborat
magna fastigia. Primum ut in omni fortu-
na et conditione hominum: ita ex istis plures
nouimus malos repertos q̃ bonos: non enim
quia in excelso collocantur ideo meliores mores et
uitam laudabiliorem sortiuntur: neq; potenciam
sequitur uirtus aut sapiencia. Deinde solent
ee principes ac domini rerum impotentes: supbi:
tumudi, iracundi, seui, crudeles, luxuriosi, neq;
propterea huiusmodi uicia illorum potencia ex
cusantur quin potius culpantur in eis magis ꝛ
q̃ in homine priuato: est tamen aliqua ex parte
ut dissimulari possint. Magnum quippe est &
super multorum uires in magno rerum arbitrio
positum: obtemperare rationi: et eius prescripto.
Regi excagitat mentem principatus: inflamat
animum: perturbat rationem: subiit uarias co
gitationes cupiditates: ut non multum mirentur
homines si illi efferuntur ira aut luxuria, cum
quicquid libet licitum arbitrentur. At uero ava
rum esse regem aut quemuis principem per si-
mile mõstri est. Cum nihil ĩmaniius: nihil p
uersius: nihil facinorosius excogitari possit: q̃ cu
piditas dnãntis. Referunt ceteri homines ꝛ
auaricie culpam in timorem inopie: cũ dicant
uereri se: ne in futurum egeant: ne mẽdicent:

hic autem timor qui potest cedere in principes aut
reges: quorum nutu uoluntate ditione: subdito-
rum bona sint posita omnia. Quid his deesse
potest propter animum ac bonitatem? quid eos
hortatur ad auariciam: nisi pusillitas cordis et m̄
tis malignitas? nam potencia ipsa quidem et ma-
gna rerum facultas: ad libertatem compellit. Et (vinoq; fometa
quidem ceteta uicia fomenta quedam atq; inci-
tamenta extrinsecus habent quibus subducatur
magno in statu collocati: luxuria ac uoluptas &
delectacione sensuum mouetur. Ira ad ultionē
uindicte oritur: crudelitas ab intemperancia ui
uendi. Odium ab iniuria. At auaricia nullū
habet incitamentū nisi ab nequicia profectum:
intus nascitur: intus habet radices: que in rege
ac principe eo est pestilentior: quo nocet pluribus.
Caue enim putes maliciam illorum solis est obēē:
plurimos ledat necesse est: primum dampno: tū
autem imitatione. Preclare quidem ut cetera
a Cicerone nostro in libris de legibus est positum. Cicero
Cupiditatibus principum et uiciis totam infici
ciuitatem: nec tantum esse mali peccare principes:
q̄q̄ id sit per se ipsum malum: q̄tum illud: q̄ mul
ti imitatores principum existant: neq; solum ob-
sint: q̄ corrumpuntur: sed q̄ corrumpunt: plusq;
exemplo q̄ peccato nocent. Vnde et Platonis platois snia
est egregia sentencia quales in re publica ēent
principes: tales reliquos ēē solere. Hac causa

extitit Antoni: cur tam late tam impune peruul
garetur auaricia: cur tantas simpserit uires:
cum rudes atq; impiti id bonum existimaret:
ad quod deditam cutim principum: suorum
cernerent: quorum mores imitari pulcrum
esse ducunt. et principibus gratum. atq; pri-
uatorum hominum auaricia ledit non ad-
modum multos: principis uero publicam stra
gem ac pestem secum trahit: nulle seruabun
tur leges sub auaro principe: nulla iura: nulla
iudicia: erunt scelera impunita: si redimentur
auro: in sontes punientur: clabentur sontes: nul
lum erit tam atrox facinus: quod non obumbre
tur splendore pecuniae: latrocinia, furta, cedes,
libera erunt: si aliquid offerant lucri: omnia
deniq; tanq̃ sub hasta in foro posita uenũ ibunt.
Quid plura: rerum omnium: tum priuatarum:
tum publicarum: euersionem eorum ~~fim~~ cupidi
tas suadebit: quae eo maius meretur odium: quo
maiori exercetur dampno populorum. Q̃ q̃ uide
an Reges: aut rerum dominos eos appellari deceat:
& non seruos miserrimos: omniq; indignos con
tumelia. Quo enim quis deteriori atq; impurio
ri domino seruit: eo uilior atq; abiectior est con
ditio seruientis. At auarum palam est: seruũ
ee cupiditatis: ea autem ex omnibus animi per
turbationibus est spurcissima: ergo illi seruies
non dominus: sed contemptissimus atq; abiectis-

simus habendus est seruus. Rex autem Rob-
tus tunc aut Rex non fuit sed tyrannus: si in
eo fuit auaricia: aut si dignus extitit regis noie:
longe abfuit ab auaricie culpa: quæ in rege esse
non potest. Nam rex ille dici meretur qui t
spectator est aut procurator publici cõmodi: cui
est cordi utilitas subditorum: qui quecunq; agit
refert ad eorum commoditatem quibus potest:
quam qui contempserit animumq; a comuni bono
ad priuatum traduxerit non rex: sed tyrannus
habendus est. Hoc enim rex differt a tyranno:
q alter eorum quos regit commodis inuigilat: alter
est suis intentus. Illud uero quod a te multis u-
bis est explonatum: non pleroscq: sed omnes (quo u-
bo nulli excipiuntur) auri cupiditate ductos: aua-
ricia teneri: refellant hi duo: quorum mores cum
sint ab eius uicii labe repositi: eorum est: sue fame
non deesse. Tum subridens Cincius atqui inquit
cum omnes dixit Antonius de sacerdotibus sensit:
quibus iam dudum hec est communis labes: et t
morbus consuetus: ab ipso enim ut m uidetur
exordio religionis nostre cepit hec pestis uigere
illis. Iudas primum ex discipulis saluatorem p-
didit acceptis argenteis: & ab eo in reliquos inglu-
uies auri manauit: ad nostramq; perseuerauit
etatem: adeo ut raro sit: sacerdotem reperiri hui
cupiditatis expertem. Refert beatus Augustin
quæri sanctissimum uirum Cypianum Episcopum

Quis dicitur mer
Rex

Quid differat
Rex a tyrano

Cincius

De auaricia

Kartaginensem: esse temporibus suis in ecclesia non qualescunq; auaros sed raptores et feneratores: nec quoslibet homines: sed episcopos: si tunc & accidebat: cum recens existimaretur fidei feruor cum floreret martirum uirtus: cum redundaret orbis sanctitate fidelium: quid in hac fece temporum: in hac morum peruersitate: in hac hominum corruptela et quasi senescente fide & fieri putamus. Recte franciscus petrarcha uir suae etatis optimus ac praestantissimus auaram Babiloniam dicens: uidit q̃ insita eet huic generi hominum auaricia: q̃ infinita cupiditas: quata libido questus. Mihi quidem maiorem inmodii improbandum uidetur: eos qui in summa rerũ copia minimeq; desituta uersentur: cum militet stipendio xpi: quos bona fortunae ad nutũ circũfluunt: tamen cruciari semp ueluti tantalum apud inferos perpetua auri siti: & quo plura assequantur: eo ampliora ab eis concupisci. Omittamus hec Andreas inquid neq; locus est neq; instituitum deplorandi mores nostros: quos in multis scio posse fieri meliores. Ad Antonii uero dicta reuertamur: cuius disputacio multis enixa est rationibus persuadere nobis auariciam et utile esse et necessariam. At ea q̃ uera sint et grauia consideremus: dixisti quod mihi quidem interloquendum ridiculum uidebatur: auaros pdesse ciuitatibus: q̃ et multis opitularentur pecunia

Andreas

et rei publice essent adiumento. hoc modo licet: mor
bos & pestilentiam asseuerares utilem nobis: quia
plures ditentur hereditatibus defunctorum. Ita
et uenefícos quoq; raptores & testamentarios con
ducet esse per multos: quoniam falsis testametis
rapinis ueneno: non nulli locupletentur scelera
qnq; & priuatim et publice profuerunt. Stupri
Lucretie libertatem peperit. p. r. Sedicio per maxia
dedit tribunos plebi: nec tamen aut stupra aut
seditiones non acerrime legibus uindicantur: ñ
quia scelus casu aliquando profuit: ideo scelera
utilia sunt censenda. Si dixisses conferri nob
aliquid eorum morte: forsitan assentirem. Re
linquent enim utenda ceteris: que asportare
secum nequeunt: in quo cruciatus est eorum
pergrādis: cum inuiti abstinebunt ab auro: &
rebus iis: quas tanta cura conquisitas: tam dili
genter custodiebant. Fuit auarus etate nostra
qui in ipo mortis limine afferri ante se iussit
peluim nummis plenam: opem subsidiumq; ui
te ab eis orans: quorum ca ad eam diem omnib
uite comodis caruisset: subinde murmurans:
en quibus uos relinquam. Igitur non ipsorum
sed mortis est beneficium si quando bona aliqb
usui fuere quod idem uulgatum prouerbium
auarum nisi cum moritur nil recte facere: t
qualem hunc ergo haberi decet: et q̃ catum ciue
cuius interitum nobis prestat optare q̃ uitam.

At fert opem egentibus: subleuat presidio imbecilles: addas si libet cum usura et eorum dāpno quibus opitulari uidetur: nemo ad auarum recurrit nisi inuitus & extrema perculsus ꝯopia. Sciunt enim se confugere non tanq̄ in tutum portum in quo conquiescant: sed ueluti in acerrimum stopulum in quo sit aliqua rerū sua⁊ faciendā iactura. Nam si quando fert subsidium ciuitati id facit reniteus & ui coactus aut pellectus lucro: est enim tenax pusilli ānī et omni uacui beniuolencia. Succurrere autē ciuibus magni est animi liberalis beniuoli excelsi. Sed per īmortalem deū quid operis aut presidii speranduṁ est conferri ab eo cuiq̄ pecunia: qui illius segregande á se metu libenci⁊ animam q̄ pecuniam effundit: q̄ui mauult quandoq̄ dignitate: liberis: uita deniq̄ carere q̄ numis. Tudertinus quidam auarus admodum pecuniosus: paucis ante annis casu coxa fregit: cum solus ob aliorum suspicionem habitaret domi: ad lamentationem uicini cognatiq̄ accurrissent: uix ab eo impetrarunt: ut medicus accersiretur: is cum uenisset pollicitusq̄ esset pristinam se illi ualitudinem redditurum si sibi fieret satis rogauit eger quid premii peteret: cum triginta aureos dixisset. Abi hinc ocius á me inquit ille: ego ne tanti faciam uitam ut hic tam magno sudore á

me quesita tam parvo suo labore auferat. malo
quidem mori q̃ tam caro vivere: neq; deiceps
ullo pacto exorari potuit: ut vel minori pre-
cio curari se pateretur. Ita infelix homo pau-
cis post diebus demones sepissime invocans:
quorum in tutelam se dederat ad inferos a-
biit: dignam mercedem suae impietatis assequ-
tus. Persius autem macedonum rex (si tn
hoc nomine dignus fuit) abundabat plurimo
thesauro: et quidem preparato a patre Philippo
contra potenciam romanorum. Is bello quod
cum eis gessit quo et succubuit: cum multa
milia basternarum equitum peditumq; con-
ducti precio ad auxilium descendissent eius a
quibus non solum regnum tueri: sed romãos
etiam repellere potuisset: missos eos per avari-
ciam fecit ne pecuniam convenitam solveret.
Aliis item militibus cum vasa aurea pro nu-
mis dedisset simulans postea se pecuniam datu-
rum: si vasa restituissent: receptis vasis milites
elusit. Ita ob custodiendam auream supellec-
tilem omni se militum presidio spolians: prelio
superatus est: vivensq; una cum filiis et Regina
gaza ductus in morem servi ante Pauli emilii
currum triumphantis ut verissimam illam suo
exemplo testaretur esse sentenciam: avarus in
nullum bonus est: in se pessimus. Quid hoc nõ
rege sed vili pecude abiectius qui auri consec-

uandi cupiditate auro simul & regno ꝑuatus
uilissime consenuit. Voluit credo ut Roma
ni gratias haberent illi: ꝙ tanti ponderis auri
atq; argenti tam diligens custos extitisset.
Ampla igitur spes est constituenda nobis in
auri bonis: cum illis non utatur ne in sua
quidem tutelam ac defensionem: sed sed hoc
est proprium illius opus: nouit rem querere
et cumulare: uti uero nescit: nunq̃ dabit a
uarus cum locus aut tempus exposcit: com
putat: cunctatur: differt: cum promenda pe
cunia est: demum gemens et dolens ac si ex
cuteretur profert tandem etiam parca et len
ta quicquid idest manu. Iam uero quod af
firmasti et abũdare amicis auaros: & domum
eorum refectam hospitibus: credo id forsitan
accidere: quia multos alliciunt ad se dilige
dum: quia semper eorum domus patet pau
peribus et egenis propter immensam benefice
ciam ac liberalitatem: sunt pii misericordes:
opem suam atq; operam omnibus pollicetur.
Quid autem deserciuS illorum edibus: quid
infrequentius: quid magis solitarium: omnes ꝛ
mortales eorum domicilia tapetis et sceleribꝰ
refecta abhorrent excertacionibus persequuntur
consuetudinem fugiunt: colloquia aspnantur.
Nam quem illi canes mordaces non deterret
ab ingressu illorum postium ad quæ spolia in-

troeuntium affixa conspicerent infra quas t
scirent egencium ac supplicium sanguine ex
orberi. Si beniuolencia simultate atq; odio pa
ritter: repeties q̃ plurimos eorum amicicia tene
ri. Si uero ab amore ut uolunt sapientes ami
cicia proficiscatur: tum auarus nihil diligat pre
ter sui ipsius comodum et utilitatem: necesse
est ut ipse quoq; nullius amorem aut beniuo
lenciam consequatur. Verum ut cognoscas a
uarum omnis dilectionis et pietatis expertē
ausculta: nisi forte contempnis Crisostomi uba. Chrysostomus
Qui pecuniam inquit amat innumerabilibus
proximum afficiet malis: et se quoq; una cum
illo: et enim facile irascetur comuicium faciet
stultum uocabit: iurabit periurabitq; nullum
uetens seruans mandatum legis: nunq̃ diligit
proximum qui aurum diligit: qui amat pecu
nias non solum diliget inimicos: sed amacis u
tetur ut inimicis: et quid amicos dixi: ipsam
naturam ignorant: qui pecunias amant: nulla
norunt cognationem: non consuetudinis recor
dantur: non reuerentur etatem: omnes odio t
habent. At si uerum est hoc inquies: cur multi
se in illorum familiaritatem insinuant: cur t
frequentant domos: assistunt: sectantur. Non
hi hominem spectant sed predam: cuius gra
multa perferunt: dissimulant omnia: et cum
eos summe oderint: odium tamen in adula-

tionem conuertunt. Nam q̃ auarorum consi
lia in patriam extuliti: nihil minus mihi pro
bari potest q̃ salutare aut recte consilium pdire
ex ore illius: cuius ingenium est dedicatum a
uaricie: cuius appetitus semper eluries subditus
est cupiditati. Nihil mihi crede alienius est ab
eorum moribus et natura: q̃ ullam habere ra
tionem publicę utilitatis. Nam quecunq̃ cogi
tabitt: loquentur, agent, referent ad rationes r
suas: id optimum factum esse censebunt: ex q̃
plurimum in archam deriuent: etiam cum pu
blico detrimento: priuatum comodum semp
communi anteuertent: non dolebunt minui ci
uitatis opes: dum augeantur sue: nil sanctum
erit apud eos nil religiosum: nil equum uel iu
stum: hortabuntur ad bellum etiam iniustum
iniquum: et cum periculo patriæ: si quid ex eo
se expilaturos confidant: pacem suadebunt tur
pem ac perniciosam ex qua domus eorum locu
plecior fiat: habebunt uenalem uocem: opam
dignitatem: hostis denique fient patriæ pecuniæ
gratia. Quot enim reperti sunt etiam memo
ria nostra: qui corrupti auro empti precio: illa
pdere uoluerunt. Ita et consilio fallaces et r
subdolos reddet auaricia: et opera improbos ac
perniciosos: hos tu Antoni fedissimum genus ho
minum ac maleficum censebas etiam in ur
bem conuocandos etiam utilitatis causa. Si-

quidem cupias asilum instituere: ad quod un
diq; improbi nepharii sceleratiq; homines con
fugiant: recte arbitraris: si uero statui ciuita
tum consulere uelis: existimas peruerse: non
enim malis ciuibus sed bonis sunt urbes re
plende. Natus quidem sapientissimus gre
corum censuit res publicas fore beatas: si aut
eas sapientes regerent aut sapiencie studio
si: tu uero si aut auaris repleantur aut ama
ricie deditis quo quid est absurdius: hoc ne ē
oro te stabilire an funditus subuertere ciuitates.
Vnus aut alter auarus hoc est communis omniū
expilator: uexator: predo urbem conturbat: quæ
sequetur uastitas: quod excidium si multos in
troduxeris: qui oculis nisu aspectu ipso fortuis
nostras obruere atq; absumere uidebuntur: &
cos tu diseris utiles esse: quorum similes si daren
tur multi deterentur penitus ciuitates: dicam
libere quod sencio. Ego adiumenti nihil: detri
menti uero plurimum existimo per auaros hoī
nibus importari. Nullum enim commodū
nulla utilitas á uicio aut turpitudine pficisci
potest: cum ea nulla sit dedecori coniuncta: at
auarum semotum esse constat ab omni usu
et splendore uirtutum: ab eo igitur nulla unq;
utilitas emanabat. sedulitas autem esse uirtutes
omnis ab auari pectore latissime patet. Primū
iusticie iusticie splendor: in eo nullus uigebit: &

publicarum et priuatarum rerum firmissimum fundamentum. Nam cum duo dicantur á Cicerone iusticie munera unum ne cui noceatur alterum ut communi utilitati seruiatur: auari est et nocere omnibus: & comunem ledere utilitatem. Tum autem iusticie officium est distribuere suum cuiq; hoc est premio & pena afficere. At auarus non distributor sed raptor premia aliorum in se transferre – inuidens alterius bono: penam nullam inferet: oblato precio. Ita in dando premio – iniquus erit & corruptus: in pena irroganda quin tuebitur reos: insontes mulctabit. Id uitium duceret: quod sibi futurum fuerit questuosum: deinde uacuus erit gratissima uirtutum liberalitate ac munificencia: sunt enim longe ab auaricia diuersa cumulate re dando ac promerendo crescant: altera auferendo. Erit quoq; extra magnificenciam ac magnaminitatem. Nam quid excelso animo dignum geret homo tenuis angustus remissus pusillus: aut quid magnificum opabitur qui exhorrescit ad nomen impense: nunq; utetur pecuniis: qui afficitur earum amore: seruus enim est illarum non domini: custos non dispensator: quas cum cupiat augere nunq; ad eas offerendas manus admouebit: nisi forsam ille (nam nomen reticebo gnatorum causa) magni fuisse cum uobis uidetur: qui &

per auaticiam maximas contraxisset pecunias,
diuicias: filii autem adolescentes domi sump-
tuosius cenitarent inter simphonias et cantus:
homo qui taro famem sedasset nisi mensa in-
composita: cum magno dolore tacitus hec seci
tulisset semel: tandem excitatus persstrepentiu
conuiuarum uocibus suma cum anxietate pro-
diit tanq̃ é carcere ex cubiculo suo infulatus:
toruo uultu ac subrancido: uix conspiciens lu-
cem ac desuper contemplatus discumbentes t
magna uoce appellauit dispensatorem: et en sus-
pitans inquit: postq̃ filii bona hec meo sudore
parta commessationibus ac deliciis absumere
conantur: ego quoq; mihi met uolo indulgere: et
dare me uoluptati: mihi acta est ætas: illi de se
uiderint: perdant omnia ut lubet dum m̃ ipse
prospiciam: atq; inde ea proferens sordido loculo
ereum numulum accipe ait prodigemus dum
res suppetit: eme in cena lectucas mihi ut nos
etiam conuiuemur. Magno mihi crede anio
atq; elato his usus est uerbis: ut nisi uulgi ex-
timuisset opinionem eiusmodi expensis rei fa-
miliari male consuluisset. At credo assequi-
tur temperancie laudem: cum nulla in re mo-
dum seruet: cum eius mens animus: appetit?
prodeant ex in temperancie fonte: temperancia
enim medii est: auaricia extremorum. Nam
fortitudinem in eo esse quis dixerit: cũ aium

uirilem corpusq; effeminari: auaricia testis &
auctor grauis sit Salustius. prudencia insuper
erit uacuus: a quo enim relique uirtutes ab
sunt et hec aberit moderatrix reliquarum: t
corruptus quidem cupiditate animus recto re
rum iudicio carebit. Tuus ergo hic bonus ho
desertus ac destitutus omni splendore ornatu ac
uirtutum: uiciis constipatus non ad presidia
hominum natus: sed ad precipia: non ad con
seruandam rem publicam erit utilis sed ad
delendam: non ad ciuitates sustentandas: sed
subuertendas. Nam pernicies quedam bonorx
omnium et cunctorum criminum seges semp
auaricia extimata est: de qua audi quid Criso
stomus noster (Libenter enim eius in sentenciis
tanq; in agro fertili uersor) senciat et qualem ar
bitretur perniciosum quid inquit auaricia est
perniciosum oculos hebetat atq; aures: reddens t
homines fera bestia ĩmaniores: non amicuciam:
non societatem: non ipsius animę salutẽ ullo
modo excogitare permittit: sed ab omnibus t
his ãmouens tanq; seuus tyrannus quos cepit
seruos sibi efficit. et quod deterius est huius co
git acerbę seruitutis auctorem: ex quo fit in
curabilis egritudo: hec decemmilia indixit belli:
sanguine quidem uias: luctibus uero ciuitates
replens: hec uerba perspicue demostrant: quę sit
futura utilitas eius: qui ut cetera sileantur

Chrisostomus

luctu et sanguine urbes repleturus: qui si te
delectat aduoca illum in tuam rem publicam:
rioscia non molette feret: se carere hoc tam im-
probo ac facinoroso ciuitatum architecto: si
mihi quidem liceret: sicuti Plato é re publica
quam uistam suis libris describit: poetas expu-
lit: q̃ eorum uerbis et doctrina infici putaret
uitam adolescenciuim et ciuitatis mores. Ita
ego si tamen hi mecum senciunt auaros omnis
decreto meo eiciendos dicerem é ciuitatibus: q̃
rum non uerbis sed factis: non doctrina sed
exemplo ciuium animi corrumpuntur. Nam
si feneratores etiam apud pristos illos semper
habiti sunt infames: hodieq̃ summa cũ igno-
minia ab omnibus rei publicę officiis arcen-
tur: cur non deceat auaros maiori crimini
obnoxios (ex auaricia enim prodit libido fe-
nerandi) non priuatione publicorum mune-
rum: quibus etiam multi boni uiri caruere:
sed perpetuo exilio mulctari. Quid autem
amplius extimandum est animum inficere
an corpus. an certe uidemus leprosis ad eui-
tandam morbi contagionem domicilia extra
urbes in quibus solu habitent dari. Quanto
honestius auari exterminarentur et procul
abicerentur á nobis: quorum animorum t
quę multo magis est iactura constat inficere non
solum: sed perdere humanum genus. Vere hoc

uideor esse dicturus eos solos dignos esse quibus elementa omnia uictum negent. Eiciantur omnino igitur Bartholomeus inquit: & hoc decretum sancciamus: quo nullum potest exquiri sanctius: nullum uictus decerni: quod obseruaret forent res publice ĩmortales. Vtinam inquit Cincius una cum regibus & nostra urbe exacti essent: et ne in ea deinceps reciperentur ꝑpetuo edicto prohibita: uigeret adhuc imperium illud quod dum uacauit auaricia creuit ad sũmã amplitudinem: postea uero q̃ palam etiam ciuitatem occupauit: atq; illa ui gente uox ẽ emissa imperium collapsum est dominante auaricia. Vnde miror Ciceronem quem beatus Augustinus artificem gubernandę rei publicę appellat: eis legibus quas rei publice dedit a se descriptis: non et hanc addidisse: auaros pelli urbibus oportere: quæ lex multo melior salutariorq; fuisset: q̃ deseruandis sacris ceremoniis instituit: aut de magistratibus creandis: utilior certe huius uni ꝑmulgato extitisset: eiecto eo uicio: quod uirtutum omnium complectitur corruptelam. Sed uir prudentissimus obsecutus forsan temporib̃ solummodo multa plectendam auariciam censuit: non addens grauiorem penam. Nos uero excludamus eam omnino ex habitaculo ciuitatum: neq; uestigium ullum in eis tanti morbi relinquamus. Itaq; feratur a nobis hec lex san-

bartholomeo

Cincius

Imperium

ctior ceteris omnibus auari in urbibus ne sinito
qui fuerint eos edicto publico pretores eiiciuto.
Tunc Andreas lector inquid probari a uobis sen-
tenciam meam: et contra Antonium sentire: t
cuius superest ut reiciam dictum uideri sibi lau-
dandam in senibus auariciam: idq accidere pru-
dencia. Sed non prosequar longius ueritus lo-
cacitatis crimen. Vnam Ciceronis nostri sentetiā
referam contra Antonii opinionem: nostis illā
omnes: sed Antonium fugit opinor quom ea t
dixit: scribit enim se nescire quid sibi uelit ava-
ricia senilis: nec quicq̃ fieri posse imprudenci?
q̃ quo minus uie superst: eo plus uiatici quere-
re: neq uero est ut aliis consultum uelint ex
eorum cupiditate: aut prospiciant posteris: qd
ab Antonio dicebatur. Sed hac excusatione u-
tuntur ad obtegendam uicii sui culpam: ut ra-
tione aliqua: non prauitate animi tanta am-
pliandi seruandiq patrimonii cura affici uide-
antur. Illa uero perabsurda fuit et homine t
docto indigna sentencia: uideri tibi auaricia
rem necessariam esse: nihil est enim necessariū:
quod ipsum sit inutile et perniciosum: at nulla
res perniciosior estimari debet: q̃ ea ex qua mala
omnia ortum trahunt: omnia autem mala ori-
ri ex auaricia comprobat apostolus Paulus cui
est aurea sentencia: malorum omnium radice

Paulo apts

esse cupiditatem: eam ipam intelligens ex qua e
auaricia. Quid hoc uerius unq editum est: quid
prolatum acrius: q ex stipite auaricie pullulate
germina omnium malorum. Ita si auaricia t
necessaria esset: mala quoq omnia et uicia que
in ea continentur: ex necessitate euenirent. Si
quidem nullum reperies uicii cuius non illa
sit parens et procreatrix: peruertit enim aimii:
tollit rationem: ueri iudicium aufert, et falsis t
imbuit opinionibus, ut questum pietatem putet:
fenus speciem beneficii: lucrum prudencie mer
cedem. Sed hoc precipuum cupiditatis malii
est: una quasi reliquarum altrix et conseruatrix
uirtus, caritas: qua deficiente: alter apostolus
testatur: aliis quoq uirtutibus carere. Nam li
cet in hanc multiplices laudes Palus congessis
set dicens illam non inflari: non emulari: pa
cientem, benignam, non quaerentem que sua t
sunt et cetera quae nota sunt nobis: tamen Ja
cobus in epistola sua illam uehemenciius exto
lit: referens ad eam uirtutum omnium prin
cipatum: testatur enim qui in hac una deliqueri
rit fieri rerum omnium. Vox celestis pfecto
que scelus auaricie detexit: tum ab hac una
tum a ceteris uirtutibus alienum: nulla aure
neq tangi misericordia: neq caritate auari
moueri: & ipse est auctor Chrisostomus ex
clamat enim in quodam loco suorum opum

horreamus.

horreamus auaricium quam Paulus radicē om-
nium malorum appellat: fugiamus hoc peccatū:
hæc orbem terrarum instabilem fecit: hec omia
confundit: hec nos abdicat á beata seruitute xpi:
contraria est enim preceptis suis: hic enim dicat
da indigentibus: illa rape quæ indigencium sūt:
hic iniuriam facientibus ignosce: illa persequaīs
eos qui nullam iniuriam intulerunt: hic sto
misericors et mitis: illa crudelis et immitis esto.
Abiciamus igitur amorem pecunie: abiciemus
autem si cogitauerimus eos omnis qui auaricia
excreuerunt esse mortuos eorum laboribꝰ: alios
gaudere: ipsos tormentis & suppliciis affligi:
et omni genere malorum: non ne igitur est ex-
treme demencie id agere: ut uiuentes continu-
is in laboribus uersemur: et mortui intollerabi-
lia supplicia & tormenta paciamur. Tum Bar- bartholomeus
tholomeus egregie inquit: ista dicuntur a Chri-
sostomo: et magna cum grauitate: neq; in elegā-
terque me adeo delectarunt: ut cupiam fieri
libris suis grauior familiarior. Multo id qdē
diceres magis inquit Andreas: si eum patrio ser- Andreas
mone audisses: multa huius sanctissimi uiri
scripta legi magno cum ornatu uerborum &
sententiarū grauitate: quæ autem vetuli inter-
pres quidam uir haud sane eloquens ducētis
et sexaginta ferme annis fecit latina: quæ licet
nulla cum elegancia sermonis fuerint tranſ-

lata tanta est: tamen dignitas rerum et úbor pondus: ut etiam in humili atq obscura eloquentia illius aurei oris splendorem seruent. sed existimo aliquem ex nostris (multi enim iam sunt litteris grecis instructi) hec illius dicta uberiora ac policiori stilo ad nos traditu rum. Tum Bartholomeus pergratum sane nobis fuit audire hec abs te greco homine & doctissimoq: cuius in ore resonabant uberius q̃ proferantur á nostris: omnium tamen que audiuimus grauitatem: sententia apostoli Pauli quam retuliste uidetur excedere. Ita est inquit ille: sed quantum hoc apostoli dictum ceteta antecellit: tantum id ipsum ab altera eiusdem sententia superatur. Ait enim alio in loco. auariciam esse ydolorum seruitutem: quo solo dicto omnes rationes Antoni conuellunturur. Nam et auari corpus affligi in hac uita declarauit ob miserrimam cui se tradidit seruitutem: et animam torquendam dyabolo tradiquem patronum sibi in uita delegit: dixit primum auariu seruire: sed quia seruitus tolerabilior uidetur & ob domini dignitatem: pessimi atq immundissimi demonis seruum uocauit: dicant ceteri q̃tu libet: nullum dictum melius reperietur: nulla grauior auctoritas nulla neruosior sententia. Nam quid ab illo: aut uehemencius uerborũ magno ambitu: aut firmius rerum pondere

bartholomeq

Aptus

potuit proferri: q̃ auaricia fieri hominem ydo-
latram: hoc est dyabolo seruientem. Ita accidit
pfecto: aurum enim et quicquid id est quod reco-
dit auarus diligit: obseruat: colit: uenerat̃ur ut
deum et ueluti rem diuinam ueretur tangere:
ob eam causam beatus Augustinus: Auaris compa- Augustinus
ratis hereticis in libro qui est aduersus donati-
stas: quero inquit quis peccet grauius an qui
nesciens in heresim incurrit: An qui sciens ab a-
uaricia hoc est ydolatria non recessit tenetur ei
ydolatrie crimine. Deinde subdit sicut ergo
heretici Regnum dei non possidebunt: ita et aua-
ri Regnum dei non possidebunt: o sententiam
diuinam: et tanq̃ ex oraculo dei emissam: quãdo
enim cum Regno dei fruetur: aut quando fiet
saluus: qui est auersus ab illis maxime manda-
tis: ex quibus et leges pendent et prophete: que
cum duo sint in quibus consistit legis plenitu-
do omnis: alterum ut deum: alterum ut pro-
ximum diligamus: neq; dei dilectio aliqua ī eo
potest ēē qui se obtulerit ydolorum seruitiuti: ⁊
neq; mens cęca cupiditate: ulla proximi beni-
uolencia teneatur. Quid ergo superest nisi ut
plane fateamur auaros esse homines detestabi-
les: uita perditos: plenos sceleribus, dedecore: ⁊
flagiciis, turpitudine: quorum uita nihil est in-
felicius: cum semper uariis angoribus atq; an-
xietatibus torqueantur: morte nihil miserius:

cum sit eternis in suppliciis futura. At saltem
dum uiuunt aliqua uoluptate animi: aut cor
poris fruerentur: aliqua uite iocunditate aliqua
quiete gauderent: sed afflictantur continuis ma
lis extra omne bene uiuendi cursum positi. O
diuint eos quicunq; norunt diuis uotis execrā
tes. Augustinus comparat illos hereticis: ab a
postolo pro ydolatris habentur. a Chrisostomo t
turpiores immundissimis porcis dicuntur: ui
uunt (si uiuere est in deterrima atq; infima
uite conditione uersari) semp anxii pendetes
animo ac suspensi: queruunt absq; intermissione
nec utuntur quiētis: queruli, gementes, morosi,
difficiles, sibi ipsis defidentes: ut mihi quidem
sarracenorum uita et mores tolerabiliores uide
antur q̄ auarorum: quibus esset satius morte
appetere: q̄ uiuere tam odibilem miseram uita
in qua nulla detur requies: nulla respiracio:
nullum gaudium: nulla iocunditas. Quid
loquar de cura qua continuo exeduntur aua
rorum corda: quid de cruciatu quo afficiun
tur thesauri amittendi metu tanq̄ furiarum
flagella: fures ac latrones ante oculos aduer
santur: qui illos aspirare non sinunt. Veniat
in mentem plantini senis in aularia is uos a
admonebit q̄ exulceratum sit cor auari: q̄ af
flictum: q̄ oppressum timore: noctes dies solici
tos ac laboriosos: ut hi soli existunt quibus r

Augustinus
Aplus

nulla habenda inuidia. Equidem iudico nullu
maius malum imprecari nos cuipiam posse: quē
oderimus: q̄ ut fiat auarus: quo uerbo omnia
sibi mala imprecamur: hoc est et corpore: et anime
dampnationem qua quidem re nil peius: ne adeo
quidem homini infligi potest. Quid igitur p̄ im
mortalem deum: ut aliquando dicendi finem ꝛ
faciamus eiusmodi homines tam dementes tam
precipites trahit: num auri aut argenti cupido.
at illud nihil prodest minime utendi: num aut
opum aut diuiciarum magnitudo: at ea q̄tūuis
ampla nullius est usus illis quorum uorago nul
la expletur copia: num ut q̄ multa posteris re
linquāt: at ea modicum durabunt: & cum sint
parata male peius multo dilabentur. Nunquid
appetunt quietem: at ea nunq̄ dabitur ī pecuīa
comparanda: num potencia illos ducit et do
minandi appetitus: at indignissimum est ut ho
minibus preesse uelit: qui se ascripsit rei uilis
sime seruituti: ponant ergo hunc errorem men
tis: et uel Paulus aliquando reuocent labētē
rationem: eiusq̄ monitis obtemperent: hec do
cebit homines nos esse: hoc est umbram et ꝛ
puluerem: ut ait Flaccus: sed preditos animo
immortali: unum hunc esse ditandum colen
dum ornandum: reliquis in rebus non ma
gnum studium ponendum: sed utendum pro
comeatu huius breuissime ac uelocissime uite.

Sed quid sibi querunt miserrimi mortalium
omnium que mens quæ cogitatio tam peul
a uero deuios abducit. Si uolunt diuites
fieri: cicius id faciliusq; contempnendo: q̃ ap
petendo consequentur. Si quietem cupiunt
alia ratione querenda est: mens pura et sin
cera quietem prestet oportet non arca: in quã
quo plura congesseris: eo te maioribus molestiis
implicabit. Si securitas cordi est: no aurum
sed uirtus hanc prestabit posita extra omnem
metum: si nobilitari placet animus excellens
et bono suo gaudens nobilem facit. Si ampla
hereditatem posteris relinquendi cura illos te
net: nulla preclarior: nulla solidior traditur:
q̃ uirtutis & glorie. Si potencia delectantur:
ille omnibus imperabit qui impat sibi regnũ
mens bona possidet: pecuniam sectando impote
tes erunt ignobiles timidi pauperes inquieti.
Quo igitur eos ducit transuersos mala cupido
qua obcecati nil rectum nil honestum conspici
unt. Quid deserunt uirtutem rem firmam
et stabilem nostriq; arbitrii: et ea appetunt
quorum usus labilis est incertus & in arbitrio
fortune positus. Hæc quæ tanto studio ac de
fatigacione perquirunt: ꝓp quæ tot subeunt la
bores: in quibus ætas tota consumitur: duiciæ
opes agri, domicilia, et quicquid id est quod
magni æstimatur caduca sunt fragilia et quæ

possidentur excommodato neq; permansura di
uitias nobiscum: nihil horum eos sequitur cū
migrabunt é uita: destituent abeuntes: nudi ī
opes deserti descendent ad inferos dicturi pro
priam causam sine aduocato: apud tremendū
illum iudicem: qui nescit auro corrumpi: nul
lum auxilium aderit: nulla defensio: nullum
patrocinium: nisi quod uirtute sua quis et re-
cte factis uiuens comparauit. Tum Bartholome- Bartholomeus
us plurima in hanc sententiam inquit scripta ⁊
preclare monumentis litterarum uiri sapientis
simi tradiderunt: ad quae si homines adhiberēt
aures: animumq; intenderent: proculdubio si-
stuerent paulisper: nec ita proni ceciq; in cupi
ditatum pelagus deferentur: hoc est quod ad-
modum admiror inquit Andreas: cum tot mo- Andreas
nita excellentium uirorum tot sana consilia ⁊
tot plenas auctoritatis grauitatisq; sententias
habeamus ante oculos positas: quibus permone-
ri mentes mortalium deberent: tamen excite
re aliquos qui omni ratione posthabita cupidi
tati dedicent se se ac deuoueant tanq̄ deo. Resi-
piscant ergo dum tempus datur et aliquam ra-
tionem habeant uitae futurae: auscultent sapiē-
tissimorum hominum sententiis: pareant docē-
tium se uocibus: illamq; inprimis. M. tullii
inscriptam in animo habeant et pectore infixā
uocem. Nihil esse tam angusti: tanq; parui ani-

Antonius

mi q̃ amare diuicias: nihil honestius magnifice
ciusq: q̃ pecuniam contemnere si non habeas:
si habeas ad beneficenciam liberalitatemq con
ferre. Que cum dixisset letor inquit Antoni?
me pro auaris fencisse: quo ista á te audire
mus. Sit modo inquit ille digna auribus
nostris: nam si probentur nobis: est ut nõ pet
timescam aliorum iudicium. Sed cum satis
iam colloquuti simus: et nox supuenerit abe
undum censeo. Ita omnes consurrexerunt.

finis.

ice
s:
on-
ni?
re-
is
et-
tis
be-
nt.
)

~~Esta obra está impresa á la pág 310 de la~~
~~Obras de Poggio, Basilea apud Henr. Petrum,~~
existente en esta Biblioteca cajon 311.
Vé la nota puesta á la portada de este M.S.

Ad clarissimum et doctissimum virum Thomam de Spegano dictum postea Nicolaus ppam quintum Pogii florentini de infelicitate principum Liber incipit

Em minime probatam: uulgo: et que haud persuaderi non nisi admodum paucis queat: hoc libello aggressus sum vir clarissime thoma: ut ostendam quantum facultas ingenij tulit: regum ac principum uitam/ multis confectam angoribus/ omni felicitate carere. Difficile id quidem et prorsus a communi existimatione alienum. Nam peruetus est: et ea communis omnium gentium mentibus infixa opinio: illos solos beatos et felices ee: quos fortune munus in sublimi rerum statu preceteris collocauit: quē res a teneris usq; annis: adeo nobis est insita: vt uotis singuli omnibus opes/ honores/ magistratus/ dignitates imperia expetant. tanq; in his beate sit finis uite constituti. Eo autem hanc tam late patentem insaniam peruulgatam uidemus: vt qui virtutū et bonarū artiū studijs procul ab hesternarum dediti cupiditate hec adum brata fortune beneficia contemnant/ aut secordes/ aut

imbecilli animi: aut stulti esse dicantur. Et enim oes
ferme mortales: velut ex loco inferiori suspiacentes: hi
ex altissima vt videtur basi suspensos rerum dominos
admirantur: atq; obstupescunt: inhiantesq; ad exteriores
principum pompam atq; ornatum et quales oculis
cernuntur: tales interius esse putant. Virtute vero et
bene viuendi disciplinam parua appetunt: paucioresque
sunt: satis superque satis sibi sapientie ac prudentie
in esse dat potius super ee ducentes: dum modo ea asse-
